

Universitätsbibliothek Wuppertal

Titi Livi Ab urbe condita libri

Buch XXVIII - XXX

Livius, Titus

Berlin, 1899

Buch XVIII - Perioche

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2740](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2740)

T. LIVI

AB VRBE CONDITA LIBRI XXVIII PERIOCHA.

Ex Sicilia C. Laelius in Africam a Scipione missus ingentem praedam reportavit et mandata Masinissae Scipioni exposuit querentis, quod nondum exercitum in Africam traiecisset. bellum in Hispania finitum victore Romano, quod Indebilis excitaverat; ipse in acie occisus Mandonius ex-
 poscentibus Romanis a suis deditus. Magoni, qui Albingauni in Liguribus 5
 erat, ex Africa et militum ampla manus missa et pecuniae, quibus auxilia
 conduceret, praeceptumque, ut se Hannibali coniungeret. Scipio a Syracu-
 sis in Bruttios traiecit et Locros pulso Punico praesidio fugatoque Hanni-
 bale recepit. pax cum Philippo facta est. mater Idaea deportata est Romam
 a Pessinunte, oppido Phrygiae, carmine in libris Sibyllinis invento, 10
 pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idaea deportata Romam es-
 set. tradita est autem Romanis per Attalum, regem Asiae. lapis erat, quem
 matrem deum incolae dicebant. excepit P. Scipio Nasica, Cn. filius eius,
 qui in Hispania perierat, vir optimus a senatu iudicatus, adulescens non-
 dum quaestorius, quoniam ita responsum iubebat, ut id numen ab optimo 15
 viro exciperetur consecrareturque. Locrenses legatos Romam miserunt,
 qui de inpudentia Plemini legati quererentur, qui pecuniam Proserpinae
 sustulerat et liberos eorum ac coniuges stupraverat. in catenis Romam
 perductus in carcere est mortuus. cum falsus rumor de P. Scipione pro-
 consule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus esset, tamquam is luxuria 20
 retur, missis ob hoc legatis a senatu, qui explorarent, an ea vera essent,
 purgatus infamia Scipio in Africam permissu senatus traiecit. Syphax ac-
 cepta in matrimonium filia Hasdrubalis Gisgonis amicitiae, quam cum Sci-
 pione iunxerat, renuntiavit. Masinissa, rex Massyliorum, dum pro Cartha-
 ginensibus in Hispania militat, amisso patre Gala de regno exciderat. quo 25
 per bellum saepe repetito aliquot proeliis a Syphace, rege Numidarum, victus
 in totum privatus est et cum ducentis equitibus exul Scipioni se iunxit
 et cum eo primo statim bello Hannonem, Hamilcaris filium, cum ampla
 manu occidit. Scipio adventu Hasdrubalis et Syphacis, quo prope cum
 centum milibus armatorum venerant, ab obsidione Vticae depulsus hiberna 30
 communiit. Sempronius consul in agro Crotoniensi prospere adversus
 Hannibalem pugnavit. inter censores M. Livium et Claudium Neronem no-
 tabilis discordia fuit; nam et Claudius Livio collegae equum ademittit, quod
 a populo damnatus actusque in exilium fuerat, et Livius Claudio, quod
 falsum in se testimonium dixisset et quod non bona fide secum in gra-
 tiam redisset. idem omnes tribus extra unam aerarias reliquit, quod et
 innocentem se damnasset et posthac consulem censoremque fecissent.
 lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta
 quattuordecim milia.

Abweichungen vom Text der Jahnschen Ausgabe (Lipsiae MDCCCLIII).

16. *exciperetur*] nach NP. — 23. *nil*] nach NP. — 33. *Claudius amicitiae*] NP; *amicitiam* S. — 29. *Livio*] Mg.; *claudio* NP *livio* S.
occidit] nach NP. — 31. *commu-*